Lectio VIII. Participium praes. act. & imperfectum

1. Ut oculus, sic animus se non videns alia cernit. (CYCERON)
2. Dei facientes adiuvant. (Warron)
3. Nihil difficile amanti puto. (CYCERON)
4. '(…) equo ne credite, Teucri.
   quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes.' (WERGILIUSZ)
5. Mendaci homini ne verum quidem dicenti credere solemus. (CYCERON)
6. Ego vox clamantis in deserto (odpowiedź Jana Chrzciciela na pytanie kapłanów żydowskich, kim jest; *Ev. Ioh.* 1.23)
7. Socrates quinto a. Ch. n. seculo vivebat. Qui non solum hominum opinione, sed etiam oraculo Apollinis sapientissimus iudicabatur. Ille existimabat idem esse veritatem et virtutem. Bonos beatos, improbos stultos appellabat. Dicebat quoque scire se nihil.
8. In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. (*Ewnagelia wg św. Jana*)

9. P**i**sces s**a**lsos **e**t foet**e**ntes **a**pport**a**bant **a**l**i**i, [alii – inni]
   P**a**lpit**a**ntes **e**t rec**e**ntes n**u**nc app**o**rtant f**i**l**i**i.
   C**i**vit**a**tes **i**nvad**e**bant p**a**tres n**o**stri pr**i**mit**u**s,
   H**i** proc**e**llas n**o**n ver**e**ntur n**e**que m**a**ris s**o**nit**u**s. [hi – ci]
   Agit**a**bant p**a**tres n**o**stri c**e**rvos, **a**pros, c**a**pre**a**s,
   H**i** ven**a**ntur m**o**nstra m**a**ris **e**t op**e**s aequ**o**re**a**s. (*Gall. Anon.*)
10. R**e**gia S**o**lis er**a**t subl**i**mibus **a**lta col**u**mnis,
    Cl**a**ra mic**a**nt(e) aur**o** flamm**a**squ(e) imit**a**nte pyr**o**po,
    C**u**ius eb**u**r nitid**u**m fast**i**gia s**u**mma teg**e**bat, [cuius – którego, której]
    Argent**i** bifor**e**s radi**a**bant l**u**mine v**a**lvae.
    M**a**teri**a**m super**a**bat op**u**s; nam M**u**lciber **i**llic
    Aequora c**a**el**a**r**a**t medi**a**s cing**e**ntia t**e**rras [caelarat – wyrzeźbił]
    T**e**rrar**u**mqu(e) orb**e**m cael**u**mque, quod **i**nminet **o**rbi. [quod – które]
    (…) p**u**rpure**a** vel**a**tus v**e**ste sed**e**bat [velatus,-a,-um – okryty]
    In soli**o** Phoeb**u**s clar**i**s luc**e**nte smar**a**gdis.
    A dextr**a** laev**a**que Di**e**s et M**e**nsis et **A**nnus
    S**ae**culaqu(e) **e**t posit**ae** spati**i**s aequ**a**libus H**o**rae [positus,-a,-um – ustawiony]
    V**e**rque nov**u**m stab**a**t cinct**u**m flor**e**nte cor**o**na, [cinctus,-a,-um – zwieńczony]
    St**a**bat n**u**d(a) Aest**a**s et sp**i**cea s**e**rta ger**e**bat,
    St**a**bat et **Au**tumn**u**s calc**a**tis s**o**rdidus **u**vis [calcatus,-a,-um – podeptany]
    Et glaci**a**lis Hi**e**ms can**o**s hirs**u**ta cap**i**llos. (*Ov.*)

11. Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus. Fiebat autem omni animae timor. Multa quoque prodigia et signa per apostolos fiebant in Hierusalem et metus erat magnus in universis. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter et habebant omnia communia. Possessiones et substantias vendebant et dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Cotidie quoque perdurantes unianimiter in templo et frangentes circa domos panem

sumebant cibum cum exultatione et simplicitate cordis conlaudantes Deum et habentes gratiam ad omnem plebem. (*Actus Apostolorum*)

[illa – je; cuique – każdemu; unianimiter – jednomyślnie]

4. St**a**bat m**a**ter d**o**lor**o**sa
i**u**xta cr**u**cem l**a**crim**o**sa,
d**u**m pend**e**bat f**i**li**u**s;
c**u**ius **a**nim**a**m gem**e**ntem, [cuius – której]
c**o**ntrist**a**ntem **e**t dol**e**ntem
p**e**rtrans**i**vit gl**a**di**u**s. [pertransivit – przeszył]

O quam tr**i**stis **e**t affl**i**cta
f**u**it **i**lla b**e**ned**i**cta [fuit – była; illa – ta, ona]
m**a**ter **u**nig**e**nit**i**,
qu**ae** maer**e**bat **e**t dol**e**bat [quae – która]
et trem**e**bat, c**u**m vid**e**bat
n**a**ti p**oe**nas **i**clit**i**. (*Giacopone da Todi ?*) [natus, -i – syn]

EO, IRE, II, ITUM

1. Potest ex casa vir magnus exire, potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. (Seneka)
2. Caesar in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit et tres, quae circum Aquileiam hiemabant, ex hibernis educit et, qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat, cum his quinque legionibus ire contendit. (Cezar)
3. Si potestis, bonos laudate, si minus, transite. (Seneka)
4. Veritas numquam perit (Seneka)
5. Omnia mutantur, nihil interit.

Ćwiczenia:

1. Przetłumacz, a następnie przełóż na stronę bierną poniższe zdanie:

   Antiqui Graeci et Romani multa bella gerebant, terras populorum finitimorum invadebant, incolas interficiebant aut captivos secum asportabant, populos victos premebant.

2. Uzupełnij poniższą tabelę, zachowując tę samą osobę i liczbę.

Ind.praes.act.	**Ind.praes.pass.**	**Ind.imperf.act**	**Ind.imperf.pass.**
cernit			
	dantur		
		monebamus	
			mittebar